



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt LVIII. S. Martini Collegivm Leodiense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Lotharius Rex motus, contulit ei monasteriũ montis Odiliæ, vt in eo à Danorum incurfione liberi, diuini nominis cultum celebrarent. In Sãcti Suitberti hiftoria à fancto Marcelino confcripta, dicitur Epifcopus Deirorum.

Epifcopatum Ruremundenfem anno 1559. inftituit Paulus I V. Papa.

CAPVT LVIII.

S. MARTINI COLLEGIVM

Leodiense.

S Martini collegium ab Heraclio Epifcopo inftitutum effe testis eft Sigebertus in Chronico ad annum 960. *Cum autem Rex Ottbo tertius bona, quæ Heraclius Ecclefia Sancti Martini contulerat, eo defuncto in fifeum regium reuocaffet, ea Notgerus Epifcopus fuis meritis preelaris feruando regem recuperauit. Idem Notgerus claustrum ipfius Ecclefia in fiffio colle publici montis triplici vallo & muro cum turribus fublimibus communiuit: Vt in geftis eius legitur. Ceterum de prima huius Ecclefia inftitutione, caufisque eiuſdem, ex loci illius monumentis hæc refert AEgidius Bucherius in fuo Chronico, Circa annũ Chrifti 963. Eueracrus Leodiensis Epifcopus Turonis ad ſepulchrum S. Martini antea miraculoſè ſanatus, Ecclefiam Sancti Martini Leodij fundat. Huius itaque collegij auctor fuit Heraclius ſiue Eraclius Epifcopus, quem manuſcrip.*

scrip. codices nonnulli Eueracrum nuncupant.

CAPVT LIX.

S. IOANNIS EVANGELISTAE

Collegium Leodiense.

ANNO **IOCCCCLXXII.** Notgerus ordinatur Episcopus Leodicensium. Hic urbem muro circumcinxit, ædificijs honestauit, maiorem Ecclesiam corpore S. Lamberti insignitam à fundamento renouauit, cœnobium S. Ioannis Euangelistæ in Insula fundauit.

An. 972.
alijs 971.

Ita Sigebertus in Chronico. De eadem Ecclesia sic legitur in rebus gestis eiusdem Notgeri Episcopi: Notgerus Ecclesiam in honorem B. Ioannis Euangelistæ suis sumptibus à fundamentis vsque ad consummationem condidit. In qua XXX. Canonicos ad Clericatus executionem instituit, & pretiosis reliquijs merito, scilicet faucibus B. Vincentij Leuitæ & Martyrijs, nec non SS. Fabiani & Sebastiani communiuit. Idemque Notgerus iam dictam Ecclesiam S. Ioannis bonis personis initiauit. Nam Præpositum & Decanum de congregatione elegit, custodem, magistrum scholarum ac Cantorem, distributo vnicuique officij, & laborum suorum solatio, constituit. Altare maius manu propria consecrauit, & oratorium B. Hilarij & Remigij in dicta Ecclesia constituit.

Ægidius Buchærius in Chronico tradit templum istud S. Ioannis anno 987. Calend. Maij dedicatum fuisse,

987

CAPVT